

Superbus sterilibus arboribus comparavit. Cedrus arbor est infecunda, nullum fructum profert: bene ergo tali ligno comparatur iniquus, & superbus, cum malitia sua velit omnem fructum excicare, & omnia fructifera, ac inutilia reddere.

QUESTIO XI.

Quare Scriba in corde suo cogitent mala de Christo, & ore non loquantur?

71. Chrysol. Paschas.

RESPONDENT primò D. Chrysolomus hom. 30. in Matth. Paschasius lib. 5. Pharisei multitudinis metu suam malam intentionem aperire, ac Christum impugare, & calumniare palam non audebant, & ira solum in cordibus suis meditabantur de Domino malum. Sicut principes Sacerdotum nitebantur saepe Christum comprehendere, de eoque multoties murmurabant. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudeorum, ait Ioan. 7. cum. 13. nam omnes sicut Prophetam eum habebant; saepe enim iniquos, non Dei reverentia cohibet, sed humanus timor comprimit, & refrænat, ut à malo desistant, non ob Deum, sed ob humanos respectus.

Ioan. 7. Quis nō Dei reverentia humanus timor cohibet.

72. Abulens.

Secundò respondet Abulensis hic quæst. 14. In corde suo dixerunt, nam ista res erat periculosa & capitalis; nam, si veram esset, quòd Christus blasphemaret, ut illi putabant, erat reus mortis, quia blasphemii lapidabantur; secundùm legem Moysi, Levitic. 24. num. 4. In rebus autem tam gravibus non debet quis se ipsum præcipitare: & ideo non audebant adhuc loqui Scribæ, quavis impiissimi, sed fortè expectabant, num adderet etiam alias blasphemias, ut ipsis videbatur, & sic majori apparentia possent eum arguere.

Levit. 14. In negotio magni ponderis, ac de trimenti circumspici loquendum.

73.

Tertio. Non audent manifestè loqui, timebant enim, ab infinita Christi sapientia refutari, ac confundi: sed fortè expectabant, ut ab eius præsentia discederent, ut tunc liberè, nemine contradicente, possent venenum sui animi vomere. Hæreticorum, ac iniquorum ingenium, qui à veris doctoribus, à quibus instrui possunt, fugiunt, ut sic audient suos errores spargere, suaque falsa dogmata feminare valeant.

Iniqui coram veris doctoribus loqui non audent.

74.

Quartò. Non verba murmurationis ore proferunt, quia non fuit is locus loquendi permissus; nam ubi primum illa mala cogitare cœperunt, statim eis occurrit Christus: Quid cogitatis mala in cordibus vestris. Et ita antequam loqui possent, prævenit Dominus. Et hoc bene colligitur ex textu Marc. 2. n. 7. & 8. Erant quidam de Scribis cogitantes in cordibus suis. Quid hic loqui ut blasphemias. Quo statim cognito Jesus quod ita cogitarent intra se, dicit ad illos &c. Expende illud verbum statim: nam cum talis cogitatio subit eorum mentem, indilatè divinus Magister occurrit, ac locutus est, & eorum pravas affectiones refutat, ac comprimit, docens nos, quòd ubi primum malum pululaverit, mox est amputandum, ac illius radix rescanda, ne serpendo vites assumat. Vnde magnus ille prædicator Ioannes clamabat: Iam securis ad radicem arboris posita est, Matth. 3. n. 10. Non ad ramos, sed ad radicem atque originem, ut ita medicamen salutariferum adhiberet.

Malum in sua radice, amputandū, ne crescat.

Matth. 3.

Ait Abrahamus consobrinus suo Loth: Ne quæso, sit iurgium inter me, & te, inter pastores meos, & pastores tuos, fratres enim sumus, recede à me obsecro, Genes. 13. num. 8. Contentio, ac rixa solum fuerat inter utriusque pastores, quomodo Abrahamus ait ad consobrinum: Ne sis inter me, & te: nam facile Loth dicere poterat, nullum mecum tibi fuit iurgium; & hoc tantum extitit inter nostros pastores. Sapienter Abrahamus hæc ait, noverat enim, quòd saepe rixa servorum seminarium sit contentionis do minorum, præcipuè cum circa eorum substantiam exorta sit. Cum vidisset ergo altercationem servorum, voluit in radice amputare discordiam inter dominos, hoc est, inter ipsum, & Loth, & ideo ait ei: Recede à me, Abulens. Hoc ponitur, ait ad denotandam prudentiam Abrahæ, & virtutem: pertinet nempe ad virum iustum, & prudentem, ut visa occasione mai, statim prævideat, & non dissimulet, quia in exordio potest prævideri contra mala ne fiant, in progressu autem non potest, prævideri. Ideo sicut Abraham, cum esset vir sanctus & prudens, cognito quòd pastores iurgati essent, & habito, quid ex hoc sequi posset, statim locutus est ad Loth, ut tolleretur occasio futurorum malorum. Vide supra c. 2. n. 71. & 73. & c. 24. n. 83.

75. Gen. 13.

Malum in sua origine rescandam.

Abulens.

Matth. 9. n. 4. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?

Ibid. num. 5. Quid est facilius, dicere: Dimittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge & ambula?

VERSIONES.

Syriacus. n. 4. Jesus autem sciens cogitationes eorum.

Varabius. Quare vos cogitatis mala? Tertull. lib. de Resur. c. 15. Quid cogitatis in cordibus vestris nequam?

Syriacus. n. 5. Utrum enim facilius est, dicere?

Græcus apud Salmeiron. Cur, seu quare facilius est dicere.

Euthymius. Remissa sunt tibi peccata tua.

Avias. An dicere: Erige, & ambula?

ALTER TEXTUS:

Marc. 2. n. 8. Quo statim cognito Jesus spiritu suo, quia sic cogitarent contra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris?

Ibid.

Iidem num. 9. Quid est facilius, dicere paralytico: Dimittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula?

Luc. 5. num. 22. Ut cognovit autem Jesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris?

Ibid. num. 13. Quid est facilius, dicere: Dimittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge & ambula?

EXPOSITIO.

76. Alb. Magn.

RIA hæc Dominus exhibet, ut notat Albert. Magn. intuitio nem peccati, huius reprehensionem, & efficacem convictionem. Intuitio peccati: Cum vidisset Jesus cogitationes eorum. Seu, ut notat Marcus, quo statim cognito id est, in ipsomet peccato qui cogitantur, agnovit Jesus: nihil enim divinum intuitum fugit, ut dicitur Ecclesi. 2. n. 28. Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda inveniunt. Dum Christus Dominus ostendit, se hominum corda penetrare, patenter, & clarè se Deum esse manifestat, ut notatur hic Chrysol. Heron. D. Paschas. Euthym. Theophyl. Nam solius est Dei, abscondita cordium intueri. Tu solus nosti corda filiorum hominum. 2. Paralip. 6. n. 30. Reg. 16. n. 7. Psal. 7. n. 10. Et quamvis Prophetæ mentis arcana cognovissent aliquando; hoc erat Deo revelante, & cognitionem communicante. Jesus autem, ut ait Marcus, cognovit spiritum suo, hoc est, ut verus Deus per se ipsum cognovit, ac per spiritum suum omnia penetrat: rem: Vide, quàm in vanum laborant invidiosi, ac inimici; quam dum Christi virtuti derahunt, majores occasiones parant, suos radios emittendi, ac declarandi, ut hic præstitit triplici. signo, ut notat Cajet. remittendo peccata, revelando humanas cogitationes, dando salutem corpori paralytico: se, & obdura Pharisæorum, ac Scribarum corda nihil hæc emollunt.

Chrysol. D. Hieron. D. Paschas. Euthym. Theophyl. 2. Paral. 6. n. 30. Reg. 16. n. 7. Psal. 7. n. 10.

Inimici, dum derahunt, dam occasiones parant, suos radios emittendi, ac declarandi, ut hic præstitit triplici. signo, ut notat Cajet. remittendo peccata, revelando humanas cogitationes, dando salutem corpori paralytico: se, & obdura Pharisæorum, ac Scribarum corda nihil hæc emollunt.

77.

Reprehensio: Ut quid cogitatis mala; hoc est, me blasphemias exortare, et dico paralytico: Remittuntur peccata tua. Divinus magister, has iniquas cogitationes audacter reprehendit: nam quamvis Scribæ, & Pharisei essent valde inflati, ac primas in populo haberent; tamen eorum crimen non dissimulat Dominus, sed arguit; nam qui crimina dissimulat, aliquando fovet. Et antequam eorum cogitationes damnet, dicitur, quòd viderit, scilicet in sua infinita, & ineffabili sapientia.

78.

Convictio efficac: Quid est facilius dicere. Bis Dominus interrogando eos intrepit: Quid cogitatis? Quid est facilius, dicere, ut eorum corda ad accipiendam veritatem efficacius illustraret ac moveret. Quid est facilius dicere, visibi-

li signo sanitatis hominis, Surge, & ambula, ostendit suam invisibilem potestatem remittendi peccata. Vox quid facilius, seu ex Græco, Cur facilius dicitis, remittere peccata huic paralytico petenti sanitatem corporis, quia assertor talis rei, cum sit quid invisibile, non potest aperte convinci mendacio, aut dicere surge, & ambula, quia cum hoc sit quid visibile, & palpabile, assertor talis rei, nisi illud ponat ante oculos statim mendax deprehenditur. Et ideo ab hoc signo visibili demonstrat suam potestatem invisibilem, de quo quæst. seqq.

Legitimos sensus.

QUESTIO XII.

Quare Christus non dicat de se palam, se esse Deum, & ex Prophetis ostendat, se habere potestatem remittendi peccata?

QUAMQUAM Toletus annot. 42. in 5. Luc. 79. existimet, quòd, dum hic Christus Dominus ostendit se agnosceret secreta cordium, solum manifestat se habere potestatem divinam; nam etiam Prophetæ, & Ioannes Luc. 3. n. 15. intima cogitationum penetrarunt, non virtute propria, sed divina communicata, & concessa. At Christus Dominus hæc manifestavit, se habere illam virtutem, non communicatam, sed ut propriam suam connaturalem, ut exprimit D. Marcus, cognovit Jesus spiritu suo, id est, per proprium spiritum, per suam propriam virtutem: & ita se esse Deum demonstravit, ut præter Patres citatos in expositione, docent D. Cyrillus lib. de fide ad Reginas, D. Ambrosius cap. 5. Luc. & in hoc cap. 8. Marth. Albertus Magnus, S. Thomas, Rupertus, Eusebius Emislenus, S. Antonius Ulfipontensis in Domin. 19. D. Thom. post Pentecostem. Unde ait Divus Chrysologus sermone 50. Cape Christi divinitatis signa, aspice eum ad cogitationum tuarum lacrimas pervenisse.

Toletus.

Christus hæc ostendit suam divinitatem.

D. Cyril. Ambros. Alb. Magn. D. Thom. Rupert. Emislen. Aug. Ulfip. Chrysolog.

Cum hoc ergo ita sit, cur Christus Dominus aperte non dixit de se, esse Deum; Cur non ait, quòd Prophetæ hanc potestatem de eo prædixerunt, ut notavi num. 62. Cur non ait, quòd Ioannes de eo proclamavit: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi Joannis 1. num. 16. Nihil eorum dixit humilitatis magister, immodestæ causâ. Deinde, quia se voluit manifestare Deum operibus, revelando secreta cordium, sanando infirmum. Et ita Deum, dicebat Joann. 10. num. 25. Opera, quæ ego facio, & testimonia perhibent de me. Et iterum num. 38. Operibus credite. Et Pharisæi operibus non credebant, minime ejus verbis acquiescerent, cum Prophetas ad alios finitros sensus sua malitia retorquerent. Tertio, quia si Christus hoc aperte dixisset, se esse Deum, Judæi ob invidiam maxime se illi opponerent; etiam si, ut notat Salmeiron tom. 6. n. 14. Joanni dixerit: Ecce Agnus Dei; non aut fuerint Salmeiron, se opponere propter magnam illius auctoritatem. Baptista in magna erat reverentia.

80.

Cur Christus non dixit palam se esse Deum,

Joan. 10.

Quarto: Ut multus est Abulensis quæst. 18. Quæsi Christus Dominus palam dixisset, se esse Deum, tunc Scribæ, & Pharisei tumultua-

rent, & ante completa mysteria cum occideret, vel nunquam aut essent ad eum crucifigendum, quia Deum nemo occidere vellet. Unde ait Paulus 1. Corinth. 2. n. 8. *Si cognovissem, nunquam Dominum gloria crucifixissem.* Et sic impediretur mysterium nostrae redemptionis, quod morte Christi preparatum est. Unde Dominus antequam occisus esset, noluit dicere palam, se esse Messiam, Joannis 10. num. 24. dixerunt Judaeis *Quosque animam vestram tollis, si tu es Christus dic nobis palam, id est, non dicas per circumlocutiones.* Christus autem dicere noluit, sed tantum ait: *Opera, qua ego facio, testimonium perhibent de me.* Sic autem, Dominus clarè se manifestavit esse Messiam, ac filium Dei Samaritanæ. Joannis 4. num. 16. Et cæco nato, Joannis 9. num. 37. Sciebat enim, nullum inde orturum scandalum, neque aliquod passioni suæ impedimentum.

Quintò: Judæi odio excæcati maxime ira defuerunt, ac lapidare voluerunt, cum eum audierunt, dicentem: *Antequam Abraham fieret ego sum* Joan. 8. num. 58. Quod multo minus erat dicere, quàm publicare, se esse Deum. Item quando dixit: *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis.* Joan. 10. num. 28. Sustulerunt lapides Judæi, ut lapidarent eum. Minus etiam erat, quod dixi apud Matthæum 26. num. 64. *A modo videbitis filium hominis sedentem à dext. ris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli; & tamen illum, ut reum mortis condemnarunt.* Ideo prudentissime res tanta non debuit ab initio clare proponi, sed paulatim fuit insinuanda, atque signis, miraculis, & virtutibus populis disponendus, donec proposita fide post Pentecosten, multis peractis signis divinitas Christi patenter publicaretur, ut bene advertit Salmeiron c. 2. n. 1.

Alta providentia hanc mediam viam elegit Dominus, bonis, & malis satisfaciens. Nam, dum se dicit remittere peccata, & arcana cordium penetrare; apertè bonis suæ divinitatis nota dabatur, præcipue cum in eo apparerent omnia signa desiderata, ut eum tanquam verum Deum agnoscerent, ac venerarentur. Et dum de se non ait palam, quòd sit Deus, iniquis removeret omnem ansam calumniæ, & iræ. Et ideo fortè non dixit; Remitto peccata; sed per tertiam personam *Remittuntur peccata*, nam potestas remittendi peccata omnibus erat benefica, & nulli injuriola; nec inde sumi poterat occasio cur ejus sacratissima passio impediretur. Et ita omnibus, & bonis; & malis se contempserat, ac satisfacit.

Videt Joannes Christum Dominum in sua Apocalypsi, & ait de illo: *Vox illius tanquam aquarum multarum: & de ore ejus gladius ex utraque parte exibat*, Apocal. 1. num. 15. & 16. Sed ad quid tam dispar vox ejus cernitur, ut aquarum multitudo, & ut gladius acutus; Gladius fortis, & rigidus, promptusque ad cædendum: aqua verò suavis, mitis, & facile scinditur. Agebat Christus Dominus hic Prædicatorum vices, ut notant Andreas Cæsariæ Episcopus, Primasius, Ansbertus, Glossa, & alij; ut bonis, & malis se accommodans dicitur vox illius, & ut aquarum multitudo, & ut gladius, Erga bonos Prædicatores vox se habet, tan-

quam aquarum multitudo, quarum guttis, ac rore cœlestis doctrinæ eorum corda irrigata fœcundantur, ut uberes fructus fidei, charitatis, ac cæterarum virtutum producant, ut dixit Hugo de S. Victore. *Vox igitur ejus tanquam vox aquarum multarum, vox ejus ad modum aquarum per orbem currentium, & eum irrigantium sonat.* Erga malos autem est vox tanquam gladius acutus ad peccatorum vitia, calumniæ, iræ, ac odii præscindenda, & reseccanda. Aretas Capadociæ Episcopus: *Gladius ex ore procedens summam eorum subindicat promptitudinem, qui in novo Testamento veritatis, inobediensque ad inveniendam animam perniciem acriter feruntur, ad hoc ut dicitur, ut per mediam dissecentur, Quam etiam sectionem Dominus in Evangelio indicavit, dum sermo pigro sectionem comminatur.* Vide c. 2. num. 45. & cap. 5. n. 225. & c. 7. 21.

85. *Hugo de S. Vict.*  
88. *D. Hieron. Euthym. Abulc. Tolet.*

QUESTIO XIII.

Quid sit majus, paralyticam sanare, vel peccata dimittere? Et quis sit sensus verborum Christi?

85. *D. Chryst. D. Paschal.*  
86. *D. August. D. Gregor. D. Leo. D. Thom.*  
87. *D. Hieron. D. Chryst. D. Paschal. Theophyl. Alb. Mag. D. Thom. D. Bonavent.*  
88. *Antioch. Theophyl. Cajetanus.*

85. **RE**SPONDENDUM est in hac re cum Divo Chrystomo homil. 30. in Math. D. Paschalio lib. 5. in Math. quòd per se d. facilius est, remittere peccata, quam paralyticum sanare: imò, quàm cœlum, & terram de novo creare: Et in hac sententia sunt etiam, D. Augustinus tractat. 72. in Joan. D. Gregorius lib. 3. Dialog. cap. 17. D. Leo serm. de Passione. Probatur primò, quia peccatum, ac peccator, ut inimicus Dei longius distat à Deo, quàm paralyticus, ac paralyticus; imò quàm omnes res creatæ; nam ex eo, quòd creatæ, bonæ sunt, & enti, ac paralyticum Deo non opponuntur. Peccatum verò est malum morale ex diametro Deo repugans, eique contrarium, nulla enim sibi magis contraria existunt, quàm summa bonitas, & summa malitia, hoc est, Deus, & peccatum. Secundò: Remissio peccatorum pertinet ad altiorem ordinem, nempe ad supernaturalem gratiæ, quæ excedit omnes res naturales; nam gratia est summa Dei participatio, ut fatentur Theologum D. Thoma 1. 2. quæst. 113. art. 9. Curatio autem paralytici in se est quid naturale, licet quo ad modum dicatur supernaturale. Tertio: Multo nobilior est anima, quàm corpus: ergo & illius curatio.

Cùm ergo hæc ita se habeant; videtur Christus Dominus argumentari ex majori ad minus, nempe ex potestate remittendi peccata ad potestatem sanandi paralyticum. Ideo indagandus est sensus verborum Christi. Ac proinde dicendum eum D. Hieronymo hic: *Fit carnale signum, ut probetur spirituale.* Idem docent D. Chrystostomus homil. 30. in Math. D. Paschalio lib. 5. in Math. Theophylactus, Albertus Magnus, D. Thomas, D. Bonaventura. Quod dupliciter explico.

Primò cum Victore Antiocheno in 2. Marc. Theophylacto ibid. & Cajetano; ut dixi in expositione. An si dicat Dominus: Vos cogitatis me non posse sanare corpus istius hominis; quod erat exposta

Cap. XXVI. Oblatus Paralyt. medetur. 585

88. *D. Hieron. Euthym. Abulc. Tolet.*

88. **SECUNDO** respondetur cum D. Hieronymo hic, Euthymio, Abulenti quæst. 19. Tolero in cap. 5. Luc. ann. 43. quod Christus Dominus hic utrumque opus, scilicet remittere peccata, & dicere paralytico: Surge, & ambula, comparavit inter se, ut comparatio fieret ad hominem. Illi enim Christum blasphemum existimabant, quia cum homo existeret, sibi arrogabat id, quod proprium Dei erat. Hic occurrit Christus, & ait: Quid est facilius, seu, ut est in Græco; *Virum est facilius dicere, dimittantur peccata tua an dicere surge, & ambula?* Quasi dicat, neutrum est facile homini, utrumque illi impossibile, utrumque enim est miraculum, ac infinitam Dei virtutem requirit, quantumvis enim remittere peccata in se, sit quid majus; tamen, utrumque est opus divinæ potestatis, & rectè ex uno argumentatur ad aliud.

89. *Theophyl.*  
90. *Syriacus.*

VERSIONES.

89. **SYRIACUS.** Ut autem cognoscatis, filium hominis habere potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico illi.

90. **GRÆCUS.** Filium hominis habere dominium.

91. **ARIAS.** Filium hominis habere auctoritatem.

92. **THEOPHYLACT.** Ut autem sciatis, quod potestatem habeat filius hominis super terram remittere peccata.

93. **TERTULLIANUS, lib. de pudicitia. cap. 22.** Igitur ut sciatis, filium hominis habere dimittorum peccatorum in terris potestatem; tibi dico, Paralytice; surge, & ambula.

ALTER TEXTUS.

94. *Luc. 5. n. 4.*

EXPOSITIO.

94. **ROBAT** Dominus visibili signo, se habere potestatem in terra dimittendi peccata. *Ut autem sciatis, quia filius hominis, se Christus Dominus hic filium hominis nominat, quia non solum qua Deus, sed etiam qua homo meritorie remittebat peccata, ut dicam, Arias, quæst. sequenti, habet potestatem, seu auctoritatem, ut habet Arias, seu dominium, ut Syriacus legit, in terra, seu super terram; his significat Salvator, quod cum ipse sit præsens in terra, remissio peccatorum procul non sit quærenda, cum ad manus eam habeant homines, ut eam inveniant, & obrineant. Et hæc verba duplicem possunt habere sensum: habet potestatem existens ipse in terra, vel habet potestatem dimittendi peccata hominibus habitantibus in terra. Et hunc secundum sensum indicat Theophylactus in cap. 5. Luca. Divus Fulgentius lib. 20. de remissione peccatorum, cap. 20. Quod ideo dicitur super terram; quia indulgentia remissionis peccatorum constitutione divina conceditur hominibus existentibus super terram: in futuro enim datur merces, juxta qualitatem factorum. Et ita notat S. Pater, quod Petro dicitur: Quod lætus in caelis super terram, Matthæi 6. numero 19. & illud Psalm. 38. num. 14. Remitte mihi, refrigeret priusquam abeam; & amplius non ero.*

95. *D. Hieron.*  
96. *Syriacus.*

QUESTIO XIV.

97. *D. Hieron.*

97. **UO** breviter inquiri in hac questione; primò, quare Christus non dixit; Ego remitto